Quaestio Medica

Cardinalitijs disputationibus agitanda in Scholis Medicorum die Iouis xxvi Iunij

M. Petro Laffilaeo Med. Regio, totiusq; Iatrici coetus Decano, moderatore.

An omni Contagioni utraq; euacuatio?

Vicinia quae ad exitium potius, quam ad vitam salutandam facit, vitam hominis ἐπιτήμερον foeda Contagionis labe inquinat, dum consimilis substantiae putredine, quae caloris est natiui violentia, et κατὰ μέρος μαρανσις, suo fomite tamen (cuius aliàs comite fido) discordem mistorum corporis dissoluit concordiam; foedatis primum latentibus particulis, quarum ἀναθυμιάσει, non sicca τοῦ περιέχοντος vitiatur, sed caloris in aëre (qui sicut et spiritus potest putrescere) aut circumfuso humido latè dominanti: vi concitata ab uno in aliud latenter se se propagat et diffundit. Illae enim si subtiles validae, et per minima commistae, lentae praeterea, atque tenaces obuios quosq; penetrant meatus, oppugnantibus contrariis resistunt, et quam occupauerint sedem aegrè derelinquunt, nisi funditus eruantur, suumq; arcent sinum, et potentis diram ubiq; putredinis corporis pro dominam sobolem.

Haec μιάσματα σηπεδονώδη quae nec frigidum constituunt corpus, nec à frigido quidem oriuntur, pro multiplici actionis modo multiplicem inducunt contagionem; aliam per contactum si corpus primum remaneat eius analogum, aliam fortem διὰ τὸ ὑπέκκαυμα, quod quidem incorruptum si ipsum contagiosum fit, rarum, et modicè calidum, fouet ipsa donec in simile sibi corpus suas edat vires, aliam denique διὰ τὴν ἐπίπνοιαν καὶ διάπνοιαν quae contagiosum fit, rarum, et modicè calidum, foue ipsa done in simile sibi corpus suas edat vires, aliam denique per medium aërem ad distans corpus ~~[illegible]~~ dolatis vaporibus irrumpit ictibus. Contagionum ruosus alias in nobis concipiuntur, primò fuan-~~gioribus adiscissis~~ per medium aërem ad distans corpus vaporibus irrumpit. ribus plethorâ, cacochymiâ, insigni obstructione, et pororum cutis obstructione. Aliae extrinsecus aduolant à graui victu, saepius ab aëre calido et humido, frigido, aut sicco nunquam, aut à vaporibus ex speluncis, paludibus, cadaueribus, euectis, contaminato. Aliae insunt ἐπιπολεῖς lentas in humoribus crassis sitas, atq; dosinas.

In curatione contagiosi morbi (ubi non expectanda coctio, sed per initia communi medicatione) tria spectanda principia, τὸ γεγονός, τὸ γινόμενον, principia ubi cum aliis omnia viribus expugnantur auxiliis, purgatio, et venae sectione: quae à circumferentia ad centrum humores agunt peripitiis, quod si ab inquinamentis morbus extinguenda illa protinus calidissimis, si externa, et maligna; frigidis si intima; eluendo raro si dispersa, frangenda, alteranda, repellenda contraria vel frigidis siccis, et iis quae totius substantiae proprietate pugnant. τὸ γεγονός sordentium primum, deinde expellendum lenibus pharmacis prius, quam vehementibus, aluum ducentibus, vomitum cientibus, diureticis et sudoriferis. τὸ δὲ γινόμενον consumendum prohibendo putrefactionem frigidis quae calorem temperent externum, digerentibus et attenuantibus si seminaria crassiora, stypticis si subtiliora, vesicatoriis etiam quae mistionis ~~[illegible]~~ prohibeant dissolutionem.

Contagiosi porro morbi sunt ἐξανθήματα maiora, et protuberantia, ἐκθήματα minora intercutanea saepe antecedente, tutiora aliquando critica, saepius symptomatica, saepissimè primigenia: nam menstrui sanguinis, vel lactis materni foetus (unde ἐξανθήματα) aut superflua biliosa, et subtiliora (unde ἐκθήματα) excernuntur: aliquando etiam ex consuetudine morbosi: his si à contactu vel symptomatica aut critica phlebotomia semper, si primaria post tertium diem infesta. Febres vero malignas contrectantibus tantum pestiferas, difficiles atq; per fomitem contagiosas, aliquando ephemeras, aut hecticas, putridas saepius, et in his quidem (quas victum tenuiorem exigunt, quam pestiferae) etsi sanguinem inficiant, tamen cum externa sint μιάσματα sanguinem mittere aut vehementer purgare malum: in pestiferis verò pessimum, corrupta tamen massa per cucurbitulas et lenia pharmaca tertio quoq; aut quarto die exhibita purganda.

His succedunt φθόη quae tabidi anhelitu graui διαδίδοντα. Vel ὑπέκκαυμα saepe inquinat, hanc alteris viribus venae sectio, et purgatio sanat, instauratis lacte propinato aegrotantis viribus repetendae ante alia auxilia vel modice excitantium suffitus, ecligmata ex incidentibus et siccantibus, theriacam, elevatum ex tapsia luppanda. Rabies, cuius asserta est ὑδροφοβία soli cani natiua, in caetera propagata animantia dilacerata cute vel rabidi spuma polluta, insania ab atra bile specie, unde immoderatae melanagoga blandiora omisse tamen phlebotomia communium. Lues venerea et elephantiasis longè dissident, illa enim vix primario, sed per contactum, et fomitem, haec verò per anhelitum, aut primario serpit truculenter. Illa in tenui humore, sanguine, pituitoso vel aut nigro. Haec in atra bile calida, et sicca radicem agit: illa nunquam venereis stimulis, uterum dolore semper, haec tentigine perpetua, dolore raro exagitatur. Lepra est leuior elephantiasi, Psora leuior lepra et siccior in contiguum tantum irrepunt: in his aluum subducere, et sanguinem frequenter mittere, praecipuè in siphilidis salutare, in elephantiasi saluberrimum.

Ergo non omni Contagioni utraq; euacuatio.

Proponebat Lutetiae M. Simon Bazin Lutetianus anno M D xcvii.